

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Parentes x

...ut scribit Valerius Maximus  
De memorabilibus dictis Romanorum libro iii<sup>to</sup>:  
Decius imperator cum Decium filium suum imperiali  
diademate proponeret insignire renuit filius, dicens:  
'Vereor ne si fiam imperator dediscam esse filius.  
Malo non esse imperator et humilis  
quam  
filius indevotus. Imperet pater meus:  
meum imperium est parere humiliter imperanti.'

Nam parentis affectum exuit qui mole superposita filium  
extinguit. Prius enim alendi et nutriendi sunt pueri et cum  
precesserint quos precedere debent invite descendant.  
Hec ille.

*Scotichronicon*, 8.24 (Watt ed., vol.4, p.318, ll.2-11).  
[Source not found.]

Decius imperator, cum Decium filium suum imperiali  
dyademate proponeret insigniri, renuit filius, dicens:  
Vereor ne si fiam imperator dediscam esse filius.  
Malo non esse imperator et humilis  
filius quam imperator et  
filius indeuotus. Imperet pater meus,  
meum imperium sit parere humiliter imperanti.

Nam parentum affectum exuit qui mole superposita filium  
extinguit. Prius enim alendi et nutriendi sunt pueri et cum  
precesserint quos precedere debent, inuite descendant.

Valerius Maximus libro IV.

*Manipulus florum*, Parentes x

Decius imperator cum Decium filium suum imperiali  
diademate proponeret insignire, renuit minor Decius, dicens:  
Vereor, ne si fiam imperator, dediscam esse filius.  
Malo tamen non esse imperator, et humilis  
filius, quam esse imperator, et  
filius indevotus. Imperet pater meus:  
meum imperium sit parere humiliter imperanti.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 47 (PL 207, col.139B).

(fons nondum repertus)